



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

10. De Leone Armenio Imperatore, quibus imposturis inductus sit, vt
oppugnaret venerandas imagines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

sci non possunt. Estque locus tanta venustate, religione, & sanctitate verendus, ut omnibus ingredientibus & benè perpendentibus terret quidem incutiatur, & lachrymæ excutiantur. Inde est conijcere persecutiones & arummas simul & pietatem sanctorum illorum virorum primitivæ Ecclesiæ: ibi, ad cōfirmationem nostræ indubitatae & certissimæ religionis Catholicæ ritumque Catholicorum, est videre religionem, curam & diligentiam illorum Dei amicorum circa humationem corporum. Ibi manifestissimè ipsis oculis cernitur, quod Ethnicorum & Idololatrarum temporibus pij illi & sancti Dei amici, cum publicè in huius saculi luce non possent, in antris saltem & cavernis terræ pias imagines pingebant, ac venerabantur. Nunc autem inter Christianos ipsos, ob nimiam cœcitatē huius temporis, non desunt, qui ipsas è sacris templis, abradere & deturbare temerario ausu præsumant. Sed quod attinet ad cœmiterium, iam portis clauditur, nec cuius ingressus datur. Suntque iussi illius vineæ Domini & alij sub certis pœnis, quod tam lapides quàm ossa inde ablata, Reverendissimo vrbi vicario consignare debeant. Inter cetera autem deliberatur, an exstruendum sit ibidem aliquod templum.

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium. De Leone Armato Imperat. quibus imposturis inductum sit, ut pugnaret venerandas imagines.

Vnde in eum furorem incidit Leo Imperator, ut sacras imagines oppugnaret, exponam. Ei monacho, à quo imperium ipsi prædictum fuerat, gratiam relaturus, per quemdam ex intimis suis dona misit. Is non in ipsum incidit, quippe iam mortuum, sed cum alium inuenisset ibi habitarem, eum, ut quem non nosset accessit. Ille verò (erat enim oppugnator imaginum, eiusq; sectæ vehementissimus propugnator) neq; munera accepit, & eo quo afferebantur, dimisso: se à simulachrorum adoratore nihil accipere dixit. Leoni & regni & vitæ iacturam breui comminatus, nisi adoratione simulachrorum (sic enim venerandas imagines appellabat) abstineret. Hæc nunciata sollicitum fecerunt Leonem: rem igitur eum quodam ex familiaribus Theodoto Melisseno communicat, qui oppugnatoribus imaginum studebat. Is cum dolo aggressus, monet ut negotium cum quodam monacho, quem eisdem secum opinionis esse norat, communicet, & quod ille suasisset, exsequeretur. Virum enim eum plenum esse gratia spiritus, ac res futuras & prævidere & prædicere. Assensu Imperatore monachum convenit, Imperatorem habitu privati hominis ad eum venturum esse indicat, & qua gratia sit venturus, quæque cum eo differenda fiat, instruit. Imperator no-

344 COLLATION. SACR AR
ctu ad monachum agit, mutata veste, ne agno
fceretur, Theodoto comitante. At monachus,
vt ab illo spiritu commentum edoctus, Leo
nem pro Imperatore salutat: & Ne (inquit) ma
iestatem tuam cclaris, neq; imponere velis no
stra vilitati, sed scito te de religione perpeti
sentire, & planè simulacrorum cultorem esse,
& te, & omnes qui tibi parent. Quod si ex Ec
clesiis simulacra sustuleris, & vita & imperi
um tibi diuturnum & fortunatum est futu
rum. Sin minus, scito te breui vtrumque amil
surum, præterea supplicia æterna subiturum.
His Leo auditis, miratus monachum, ob præ
dictionem, vtiq; ignarus impostura Theo
doti, verbis illius captus est, & contra sacro
sanctas imagines vehementissimè sauit, & e
as omnes edicto tolli iussit: cumq; sanctissi
mum Patriarcham Nicephorum in suam sen
tentiam pertracturus esset, ille verò acriter
aduersaretur, & edictum illud & scriptis & o
ratione impietatis argueret: virum iustum te
legat, qui quidem improbos Leonis motus
præsentisse fertur, qui orthodoxis offendicu
lo futurus esset, Ecclesiæ tumultus occasio.
Nam cum eius capiti diadema imponeret, ma
num suam spinis compungi putauit. Dum au
tem Præconnesium exsulantiū abducitur, ma
gni agri magister Theophanes cōfessor, trans
itu illius spiritu cognito (neque enim vido
bat sanctum) cercis incensis & suffitu, em
91

nus eum excipit, & prosequitur, atque illi vicissim eum flexis genibus veneratur, cum neque videret, neque videretur. Quod Patriarchæ comitibus admirantibus, & cui honorem illum præberet percontantibus: respondit, cōfessori Theophani magni Agri magistro: confessionem vaticinatus, necdum enim ea dignatus fuerat.

Venerabilis Beda lib. 3. cap. 2. histor. Eccles. Anglicane, vi de ligno crucis, quod rex Osvaldus contra Barbaros pugnaturus erexerat, inter innumera sanitarum miracula, quidam adolescens sui brachij languore curatus.

CAP. XI.

Ostenditur vsque hodiè, & in magna veneratione habetur locus ille, vbi venturus ad hanc pugnam Osvaldus, signum sanctæ crucis erexit, ac flexis genibus Deum deprecatus est, vt in tanta rerum necessitate suis cultoribus caelesti succurreret auxilio. Denique fertur, quia facta citato opere cruce, ac fouea præparata, in qua statui deberet, ipse fide seruens hanc arripuerit, donec a gestu à militibus puluere, terra figeretur: & hoc facto, data in altum voce, cuncto exercitui proclamauerit: Flestemus omnes genua, & Deum omnipotentem ac verum in communi deprecemur, vt nos ab hoste superbo & feroce sua miseratione defendat. Scit enim ipse, quia iusta pro salute gentis nostræ bella suscepimus.